

CAPITULUM DVO

D omi bellig: duellatores optumt

PARASITVS.

**I** uuentus nomen indidit scorto mihi  
 eo quia inuocatus soleo esse in conuiuio  
 scio absurde dictum hoc derisores dicere  
 At ego dico recte nam scortum in conuiuio  
 sibi amator talos quom iacit scortum inuocat  
 est ne inuocatum an non planissime  
 verum hercle verum nos parasiti planius  
 quos nunq̄ quisquam neque uocat neq̄ inuocat  
 quasi mures semper edimus alienum cibum  
 ubi res prolatae sunt quom rus homines eunt  
 simul prolatae res sunt nostris dentibus  
 quasi quom calent cocleae in occulto latent  
 suo sibi succo uiuunt ros si non cadit  
 item parasiti rebus prolatis latent  
 in occulto miser uescunt succo suo  
 dum ruri rurant homines quos liguriant  
 prolatis rebus parasiti uenatici canes  
 sumus quando res redierunt molossici  
 odiosiq̄ et multum scommodestru  
 Ethic quidem hercle nisi qui colaphos perpeti  
 potest parasitus frangi aulas in caput  
 uel ire extra portam trigentiam ad sacculum licet  
 quod mihi ne eueniat non nullum periculum est  
 nam postq̄ meus rex est potius hostium  
 ita nunc belligerant etholi cum aulidis  
 nam etholia haec est illic est captus in aulide  
 philopolemus huius regionis filius  
 semis qui hic habitat quae edes lamentarie  
 mihi sunt: has quocientuq̄ conspicio fleo  
 nunc hic occoepit questum hunc filij gra  
 in bonestum et maxime alienum ingenio suo  
 homines captiuos commercatur si queat  
 aliquem inuenire suum q̄ comutet filium  
 nunc ad eum pergam sed aperitur hostium